

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 22: De obedientia (12)

Augustinus:

Inobediens similis est dyabolo,
qui secundum se ipsum et non secundum deum vivere voluit.

Non enim habendo carnem, quam non habet diabolus,
sed uiuendo secundum se ipsum, hoc est secundum hominem,
factus est homo similis diabolo;
quia et ille secundum se ipsum uiuere uoluit,
quando in veritate non stetit, ut non de Dei,
sed de suo mendacium loqueretur, qui non solum mendax,
uerum etiam mendacii pater est.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 14.3 (CCSL 48,
B. Dombart ed., pp.417-18, ll.56-62).